



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 78. Desiderii Buffet Carmelitæ mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. *innocentia præter literas Japonicas, Mo-*  
A. C. 1603. *gorenicas & Sinenses: Vitam cum*  
*morte commutabat Montibus Hanno-*  
*niæ die trigesima prima Maji.*

## §. LXXVIII.

*Desiderii Buffet Carmelitæ mors.*

*Biblioth.*  
*Carmel.*  
*Jos. Falco*  
*Chron. Car-*  
*mel. Lud.*  
*Jacob. de-*  
*script. Prov.*  
*Narbon.*

**H**is merito accensendus est P. Desiderius Buffet natione Gallus, in Pago Dommariensi Diæcesis Lingonen- natus. Hic iis artibus, quibus ætate puerilis informari ad humanitatem sollet, apprime excultus Divione Philosophicis æque ac Theologicis disciplinis egregiam navabat operam; secus vero serio reputans humanarum rerum caducitatem, arctioris vitæ cupiditate exarsit, ac ibidem Carmelitarum Religionis nomen dedit, ubi emenso studiorum curriculo Parisios missus, ob præclara ingenii sui specimina Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo nono in Academia Parisiensi Doctoratus Laurea decoratus est: postea honorifica sui Ordinis munia obiens, tandem anno Domini supra millesimum quingentesimum octogesimo secundo per Universitatem Franciæ Regnum Vicarius Generalis nominatur. Erat Vir inter literatos zelosissimus, inter suos Zelosissimus, stren-

nus Religionis Catholicæ Defensor, Sæc. XVII.  
A. C. 1603.  
 Hebraici, Græci, Latinque idiomatis  
 peritissimus, omnique scientiarum ge-  
 nere excultus. Decessit tandem Divio-  
 ne annis meritisque plenus, ibidem se-  
 pultus in sacello S. Desiderii, quod pro-  
 priis sumptibus construi fecerat. Re-  
 liquit posteris inter alia ingenii sui mo-  
 numenta sermones quadragesimales,  
 nec non alias Conciones præter carmen  
 quoddam contra hæreticos, & epistolas  
 ad diversos. Exstat quoque Laurentii Bu-  
 relli Episcopi Sistaricensis elogium a  
 Desiderio concinnatum. Ex eodem Or-  
 dine hoc anno defuncti sunt alii Scri-  
 ptores, uti P. Didacus Martinez, Pe-  
 trus Lucius, Martinus a Martyribus,  
 Petrus Roivela & alii.

## §. LXXIX.

*Joannis Demetrii Sollikowskii*  
*decessus.*

Silentio haud prætereundus est Joan-  
 nes Demetrius Sollikowskius Léo-  
 politanus Archipræsul, qui Siradiæ  
 natus in Cracoviensi Academia inge-  
 nium suum omni eruditionum genere  
 excoluit, crescente autem meritorum  
 gloria Sigismundus Augustus Poloniæ  
 Rex eundem a secretis habere voluit,  
 ac paulo post anno a partu Virginis mil-  
 lesimo

*Lexicon hi-  
 stor. lit. S.*

*Hist. Eccles. Tom. LIII. Dd*